

The Liber Pharetrae Project

Liber 3: De periculosis Caput 49: De iudicio (19)

Idem (Bernardus), in *Sermonibus*:

Nudi stabunt ante tribunal Christi,
ut audiant vocem iudicii,
qui ad vocem consilii
obduraverunt aures suas.
Quid enim loquitur Deus?
Agite poenitentiam, inquit. Multi tamen
dissimulant, multi continent aures suas,
et dicunt: *Durus est hic sermo*.
Non sic impii, non sic, cum intonuerit
sermo durus, et verbum asperum:
Ite, maledicti, in ignem aeternum.

Nudi astabunt ante tribunal Christi,
ut audiant vocem iudicii,
qui ad vocem consilii
aures obturavere.
Quid enim nunc loquitur Deus?
AGITE PAENITENTIAM, inquit. Multi tamen
dissimulant, multi continent aures suas
et dicunt: DURUS EST HIC SERMO.
Non sic impii, non sic, cum intonuerit
sermo durus et verbum asperum:
ITE, MALEDICTI, IN IGNEM AETERUM.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones de diuersis*, 3.2 (alia recensio) (SBO 6.1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.100, ll.18-22).